



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Hierakosophion

Demetrius <Pe pagomenus>

Lvtetiae, 1612

xcv. Ad refrigeratum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12846

Ad extenuatum ex obscura causa.

SVILLAM carnem cum oleo communi des, citoque pinguis reddetur, vel etiam restituetur ad pristinam pinguitudinem, si si eius potui symphyti decoctum, cibatui verò suillam carnem cum butyro & melle dederis.

Ad astus accipitris.

ACCIPITRIBVS per æstatem venantibus, solis ardore æstuantibus, bile flagrantibus, oui albus liquor ex rosaceo dandus, ducendus ad aquam, in loco auris exposito collocandus.

Aduersus bilem.

RASILIS æruginis nondum coctæ, olei Hispanici, vini veteris parem mensuram in vas indito, & simul, ubi miscueris, carnis illitam dato.

Ad refrigeratum.

MULTI accipitrem ad thermas adducunt, & calefaciunt, & nihil adiuverunt; potius etiam læserunt. At tu ipsum stragula vestete & tunc reponere in commodo

loco; eique ut calescat butyrum, cum vriticæ semine præbeto, & refeceris.

Remedium aduersus bilem.

IN EVNTE autumno & principio cum captus est, aut diu immoratur perticæ, aut solis ardore incensus, aut præliatus bili laborat. cuius signa sunt: totus tristis est, oculi siccii & compressi videntur, multo aquæ desiderio tenetur, & ipsam multam babit, tremit totus, dispersas atque inæquales habet plumas, easque interdum explicat, interdum etiam contrahit, pedes nigros, & ab vnguisbus usque ad genua frigidos habet. Hoc remedio curabis. Aquam rosaceam infundes, cibum præbebis ex roseo & omphacino oleo cum caprina carne: cum in terra frigida sedere sinet totum diem: nocte sub dio habebis, itaque sanabitur. Cibum calidum omnino ne dederis, sed neque, usque dum perfectè curatus sit, ipsum gestaueris. Bibat vespere aquam, ut bilis calor temperetur frigore potionis.

Defatigato remedium.

EX aucupio & longo volatu fatigatum, cibique fastidio affectum, restitues in pristinum

